MONIMENTA QVAEDAM SEPVLCRALIA,
ANNO MDCCXIV MOGVNTIAE ERVTA,
ATQVE
TAM DE LITTERIS,
QVAM DE GERMAN. IMPERII PVBLICA SALVTE
OPTIME MERITI,
ILLVSTRISSIMI ET EXCELLENTISSIMI
DOMINI,
FRIDERICI CAROLI
S. R. I. PROCANCELLARII
AC
COMITIS A SCHOENBORN-BVCHEIM,
EPISCOP. BAMBERGENS. COADIVTORIS CET.
IVSSV,
QVANTVM QVIDEM TVLIT FESTINANS
ALIISQVE INTENTA PERVESTIGATIO,
PAVCIS EXPLICATA
A
CAROLO GVSTAVO HERAEO.



Quae hic sequun
sunt, ueluti e
anno MDCCX
clesiae Mogun
& Princeps E
FRANCISC
ante portam nouam, areadem
uis, in montium leniter adli
nibus ac propugnaculis cinge
pillet.

Ea dein, cum Vindobona
tissimi Celsissimique Comitis,
LI a SCHOENBORN-BV
cadensis, S.R.I. Vicecancellari
busdam explicauit, publicique
ROLVS GVSTAVVS HE
sareae Maiestatis Consiliarius,
ueiundis numismatibus Praefe

* Manifeſte, ut Reſcripsimus
DCCXXI edita, n. I adnotatio

Verum uero omnium a
Rudiaris, non disquiram;
dle, qui censeant, utrum cel
uis bene coniecerit, uatem
optimum.

Sane, quod sine iniuria illi
bam & emblema, in lapide a
ne hoc, HERAEUS, inquit,
picuum monumentorum quem
rarium parentem Romanorum
quem Quisquis ego ea quidem
uerit, priores mihi haud redd

Quae hic ſequuntur, monumenta, eruta ſunt, ueluti e titulo iam patet, quum anno MDCCXIV Eminentiſſimus eccleſiae Moguntinenſis Archiepiſcopus & Princeps Elector, LOTHARIVS FRANCISCVS, metropolin ſuam, ante portam nouam, arualem, & ueteris monaſterii, nouis, in montium leniter adſurgentium editis, munitionibus ac propugnaculis cingere iuxta atque firmare coepiſſet.

Ea dein, cum Vindobonam delata eſſent, Reuerendiſſimi Celſiſſimique Comitis, FRIDERICI CAROLI a SCHOENBORN-BVCHEIM, Epiſcopi Arcadienſis, S. R. I. Vicecancellarii cet. iuſſu, ſcholiis quibusdam explicauit, publicique poſtea iuris fecit CAROLVS GVSTAVVS HERAEVS*, Sacrae Caeſareae Maieſtatis Conſiliarius, & cum rei antiquae, tum feriundis numiſmatibus Praefectus.

* *Mantiſſae*, ad *Inſcriptiones & Symbola uarii argumenti* anno MDCCXXI edita, n. I adiecta p. 310 --- 322.

Vtrum uero omnium ad uotum ea ſuppleuerit ac illuſtrarit, non diſquiram; quamuis haud ignarus ſim, eſſe, qui cenſeant, uirum celeberrimum, cum non ubiuis bene coniecerit, uatem hic non perhiberi poſſe optimum.

Sane, quod ſine iniuria illius dixerim, Vir quidam & ingenio praeſtans & eruditione, in litteris an. MDCCXXI die XXVII Decembr. ad me datis, *HERAEVS*, inquit, *nuper recuſis poematibus ſuis ſubiunxit explicationem monumentorum quorundam Moguntinorum, nempe lapidum litterariorum quorundam Romanorum, Moguntiae effoſſorum; ſed Danum potius, quam Oedipum egit in quibusdam.* Et in aliis, cum e ſilentio meo ſuſpicaretur, priores mihi haud redditas eſſe, d. XXII Februar. an. ſequentis

MDCCXXII ſcriptis: *Procul dubio tibi nota ſunt monumenta quaedam ſepulchralia, anno MDCCXIV eruta, atque iuſſu Procancellarii* Comitis *a* SCHOENBORN *ab* Heraeo *explicata, quae ſubiunxit nonae ſuorum poematum editioni, quae nuper Noribergae in 8 prodiit. Sed eius explicatio in multis diſplicet — noſtro, in ſenſu litteratorum lapidum indagando ſallertiſſimo uiro.*

Quocunque uero ſe res habet modo, ea, iuxta cum aliis quibusdam inſcriptionibus, monumentis *Huttichianis* ſubiungere uolui, ut uno quaſi faſce comprehenſae haberentur, quae cum in urbe Moguntia, tum in agro eidem circumiecto & nunc & olim repertae ſunt ueterum Romanam antiquitatem arguentium monumentorum reliquiae.

Dum autem illa ipſa huc tranſtuli, litteras & uoces, quibus praeſtantiſſimus *Heraeus* lacunas expleuit, charactere Italico exſcribi curaui, quum lubrici non minus, quam faſtidioſi res laboris fuiſſet, rubro tinctas, ut eas ille dedit, prelo committere.

Et quum haec ipſa monumenta, accurate delineata, ſuperioribus annis, mecum etiam communicata fuerint, conſultum duxi, ſuo unumquodque loco, idque aeri inciſum, legentium oculis hic ſubiicere, ut hoc rectius feliciusque de iis iudicare poſſint, quibus rerum harum peritia eſt & cura.

Praeterea in fine duo alia, quae eodem tempore ibidem eruta fuere, appendicis loco adieci.

Denique, quum haud parum referat, ſcriptorum adducta loca reperiri ſtatim citra temporis diſpendium, atque inſpici poſſe; quod, niſi uerſus, capita & libri auctorum additi ſint, & recte ſe habeant, fieri non poteſt; illis, quos *Heraeus* citauit, & libros & capita, & uerſus appoſui.

Quod

† † †

QVod *Moguntiae*, quam Romani olim dixerunt *Mogontiacum*, uel (ut *Tacitus* deinde*) *Maguntiacum*, ueſtigia Romae antiquae, tecta aeuo & barbaris poſt *Iulianum* Imperatorem incurſionibus, reſtituat haec temporum felicitas ſub Electoralis ſenatus principe, LOTHARIO FRANCISCO, *Ioannis Philippi* aemulo, & *Schönbornianae* gloriae inſtauratore; illud uero minime mirum uideri poteſt iis, qui norunt, hanc urbem inter primas Germaniae a tempore *Druſi* ſemper ſtatiuis, hibernisque legionum Romanarum fuiſſe celeberrimam. Prope quam in oppido, quod *Aelius Lampridius* ** *Sicilam* dicit, hodie *Silckingen*, rebelles milites parricidium boni Imperatoris *Alexandri Seueri* commiſerunt.

* *Hiſtoriarum* lib. IV cap. XV, XXXIII, LXI, & LXXI.

** In *Alexandro Seuero* cap. LIX. Vocat autem *uicum*, non oppidum.


I

CONI*ugi*
CALPVR*nio*
ACTIA
F.*ecit*

Etſi inſolens ſit, ac minus inſtruens, praenomen & agnomen omittere; tamen digna eſt inſcriptio, quae cum ceteris addatur *Gruteri* ditiſſimae Inſcriptionum collectioni: ob CALPVRNIVM nomen, plebeium quidem, ſed multis magiſtratibus in numis ſaxisque clarum, & adeo antiquum, ut a Regis *Numae Pompilii* filio *Calpo* genus ducat, teſte *Plutarcho* in uita *Numae* *. Quemadmodum in *Cn. Calpurnii Piſonis* (qui *Pompeio M.* in bello piratico pro Quaeſtore fuit) argenteo numiſmate imago *Numae* ſpectatur inter *S. Caeſar. Maieſtat.* numos Conſulares. Meminit *Trebellius Pollio* ** ſuperſtitis *Calpurniae* gentis in *Calpurnia*, uxore Tyranni *Titi Quatrini*.

* Tomo I *Vitarum parallelarum* p. m. 154.

** In *triginta Tyrannis* cap. XXXII.



II


	*SEVE*RO. CASSIO. PA	*tricis.* quia dabantur *Caſſii* plebeii.
* 1	*CASSIV*S. SEVERVS. S. F.	*Seueri Filius*
	. . . *CAS. F*ILI. ET. HEREI*O*.	*es*
	*PAT*RI PIENTISSIM*O*	
Bene	*B. MEREN*TI. AAIR * 2	*Ara Accepta Impenſa Remiſſa*

* 1 Deficiens praenomen coniecturae locum non relinquit.

* 2 Hae litterae reliquis magis ſunt aenigmaticae. Quia uero uiris Principibus & Conſularibus aras ſepulcrales in tumulo uel ad tumulum erectas fuiſſe conſtat; ut *Virgil.** *Cauſſam luctus ſacrauerat aras*, ſcilicet occiſo marito *Andromache* &c. hanc interpretationem commodam reddit inſigne ſaxum in agro Cordubenſi, quod ſub *Traiano* Imperatore poſitum *Caio Sempronio Sperato*, Flamini, refert *Gruterus*, ubi mentione facta dedicatarum ſtatuarum & ſepulturae expreſſe legitur

HONORE. ACCEPT. IMP.*enſa* REMISSA.

* *Aeneid.* III v. 305
Et geminas, cauſſam lacrimis, ſacrauerat aras.



III

SEVERO
FABRICEIO



IV

Deeſt lapidis cum ſuperiori parte initium.

		cognomen atque titulus muneris bellici
SEVERO. FABRICIO		
POST. MIL.	*LO*NG. VL. MISSO.	*itiam* *am* *timum* circumſtantia uel temporis uel loci
HONES. MI ta * 1	SSIONE. SEVERV*S*. VRSVS. S. F.	*cueri* *ilius*
ET. praenomen . . . *BL*	ANDVS. * 2 FABRICIVS. FILI	
EX. ASSE	HEREDES. PATRI. P ENTISS.	*imo*

* 1 Erat

*1 Erat enim alia missio ignominiosa.

*2 Quia *Fabricii* alii *Iucundi*, *Amoeni* &c. reperiuntur. Ex *Grut. C. Albucius* dictus *Blandus* &c.


Notabiles sunt inscriptiones utraeque ob *Seueri* cognomen in familia *Fabricia* ignotum.


VGVLMISS
SSIONE·SEVERIVRSVSSI
ANDVS·FABRICIVSFIL
HEREDES·PATRI PIENTIS

V



CONIVGI SAL. *Iustinae F.*
rtuae
MO. ET. SIBI. VIVI
FECERVNT.

Deest lapidis pars uel superior uel inferior cum nomine eorum, qui posuerunt, aut maritorum raro post diuortium exemplo; aut mariti & heredum. Quo casu credendum est, post nomina dedicantium fuisse alia praeaddita uerbo CONIVGI. Vt ex *Grut.* MARITVS ET HEREDES CONIVGI &c.


CONIVGIS AI
MOE T SIBI VIVI
FE CERVNT

VI


xor *lia*
V. *SECVN*DINI AI. SECVN
*DI*NA FILIAE ET
edi *ignatae*
HER. *D*ES. SECVNDVM
TESTAMENTVM


DINIA LSECV
NAFILIÆ ET
ESSECVNDVN
TESTAMI

VII

Hic lapis ſculptura anaglyptica ex ſeneſcentium artium aetate reliquis praeſtantior, ſed tam mutilus eſt, ut ſublatis ipſis nominibus propriis nullus coniecturae locus ſuperſit. Ea, quae ſunt reliqua, oſtendunt in latere (*A*) deficere dimidiam partem, quae formet cippi dextrum latus par ſiniſtro, quod tenet genius alatus MAN.*ibus* DIS Sacer.

(*A*)

Praenomen & nomen mortui	*ublis ilio* *NO* P. F.	
. . . . .	IODAL	incerta literarum connexio.
. . . . .	AQVILIF ero	
*1 *rito* *ionis* *EME. LEG.*	*iae* P. VICT. *ricis*	
*2	*L* EG. XIIII. GE.	*rmanae* forte
*3	*inae* LEG. XIII. GEM.	
ET. LEG.	*igen. iae idelis* II PRIM. P. F.	
SVPE	*tes ssuere* RSTI. P. XLV	Numeri certam ſignificationem denegat deficiens adiecta litera.
VIX.	*is* *nos* AN. LXX	

(*B*)

* 1 Quod infra aetas LXX annorum probat.

* 2 Quinque litterarum ſpatio poteſt 1 lit. initiali *praenomen* 2, 3, & 4 nomen *familiae*; 5 *officium*, ut *C.* enturio, *T.* ribunus &c. notatus fuiſſe, unus fundatorum.

* 3 Alterius fundatoris nomini locum facit 4 litterarum ſpatium, ut 3 litterae nomini uel officio dentur.

Si huc referenda eſt inſcriptio VIII, connexio eſt: *SVPERSTITES POSVERE MONIMENTVM, NEC NON TRISTE SEPVLCRVM* &c.

Latus (*B*) ornant arma *Signiferi* uel *Aquiliferi*; qualis in columnae Traianae delineationibus conſpicitur, gerens non ab utroque latere (ut ceteri milites) ſed dextro tantum minorem gladium, quem dicit *Liuius* * Hiſpanienſem, *Suetonius* † machaeram, eamque non a cingulo, ſed ab humero pendentem. Hoc etiam uenatores armabantur, ut noſtrates *mit dem Hirſchfänger*.

* *Lib.* XXXVIII cap. XXI. † ſ. in *Claudio* cap. XV.


Iſta *machaera* (1) immiſſa eſt *parmae* (2) (rotundo clypei generi, cuius diameter erat ped. 2 ½) inter lora (3) decuſſatim in parte interiori poſita, ut brachio ſuſtineantur: additur *pelta* (4) leue clypeorum genus, & Amazonibus uſitatum, cum alio clypeo, fig. parabolicae. C (5) N. (6) *thorax* non eſt dicendus, quia thorax erat parua tantum lamina, dextrum pectus tegens, ubi clypeo non defendebatur; ſed *lorica*, quae ſi ferrea, *hamata*, dicta. Nobis, *Pantzerkette*. *Bacillus* n. 7 eſt litui genus, *Regiments-Stab*, Centurionum, qui Aquiliferos ſequebantur, inſigne. Olim erat *Vitis*, qua ſolum Centurionibus licebat militem Romanum caſtigare.

Signiferi ſigna Romana cum imaginibus, *Aquiliferi* argenteam aquilam geſtabant. *Aquiliferi* munus ſtipendio & honore adeo erat egregium, ut *Iuuenalis* * optet;

* *Sat.* XIV v. 196

——— *Locupletem aquilam tibi ſexageſimus annus*
Adferat ———

VIII



VIII



Innuit haec ſingularis metri inſcriptio mutila ſaeculum, quo, labente cum artibus Imperio, ſub pagana religione domina, ſuo iam Moguntino in Vangionibus Epiſcopo, fuit preſſa eccleſia Chriſtiana.

Maxime notabilis eſt, propter ſingulares circumſtantias antiquae ſuperſtitionis, quam toties primi Patres riſerunt in paganorum epulis feralibus, non ſolum iis, quae DIS Manibus oblata conſumere nefas erat, ſed illis etiam, quibus propinqui & amici defuncti memoriam inter bonas precationes celebrabant. De quibus hic ſermo eſt, quorumque proprium nomen *Silicernium.*

Facta ſunt haec quandoque teſtatoris legato, ut in noſtro lapide, & in illa *Perſii** ſatira, * VI v. 33

——Coenam funeris heres
Negliget iratus, quod rem curtaueris——

Quandoque impenſis amicorum inſtituta, & quidem, ut pauperibus portio daretur; quos phraſi *Plautina** propterea *Buſtirapos* improprie dixerunt *Plauti* Commentatores, cum magis illud conuiuium conueniat illis, qui Manibus ſacrata contra fas rapiunt.

* *Pſeudol. I, 3* v. 127.

Humanius erat poſterius conuiuium, quippe corrupto abuſu deriuatum a Iudaeorum ritu dandi epula lugentium ſolatio, & quidem in ipſo tumulo. Sicut expreſſe inter pia bonorum operum monita *Tobias* cap. IV, 14 filio inculcat patrium morem: *Panem tuum & uinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus*, ſed cum bonis pauperibus &c. Meminit *Baruch* cap. VI v. 31 *coenae mortui*, & ibidem v. 26 *munerum mortuis appoſitorum.*

Non apud Romanos ſolum haec conſuetudo, uerum etiam apud anti-
* p. m. 118 quiores Graecos & Scythas, teſte *Herodoto* lib. IV * inualuit.

NEC NON TRI STE SEPVL
MENSA IQVE DOLENDA
TTES TAM I OI VSSERAT ILL
RATIS MPSERE DAPES
TESTE SEPVLCRO

IX

Monumentum hoc mutilum, uix tertia ſui parte, eaque media exhibet *Signiferum*, de quo ſupra, noſcendum, machaera integra pendente a dextro latere [1]), uxorem [2]), filiam [3]).

Numeri adſcripti fuerunt figuris; quarum ſi non (f. mihi) fuiſſet reddita delineatio, eam facile cum publico communicaſſem.

DVO MONVMENTA,
QVAE EODEM, QVO PRAECEDENTIA, ANNO MOGVNTIAE ERVTA FVERE.

I

C. RITTIVS. C. F.
VOL. PAVLVS.
VIENNA. MIL. LEG.
XXII. PRIM. AN.
XXXVIII. STIP.
XVIII. H. S. E.
ET. AVE. ET. VALE.

II

C. IVLIO. SIMPLICIO. IIIIII VIR
AVGustALI. C. VM. PRAeMATICo
CRESCENTINIA. REGINA
OB. MERITA. EIVS
F. C.



BREVIS